

Band VII., Nr. 2090, Seite 42-43

Der Gubernator Rudolf, Dekan Konrad und Kapitel von Kempten überlassen an Propst, Dekan und Kapitel des Domstiftes Konstanz die seither durch den Reichsministerialen Albert von Summerau von ihnen zu Lehen getragenen Besitzungen zu Laimnau mit dem Patronatrechte daselbst und allen Zugehörungen, nachdem Albert auf dieselben ihnen gegenüber verzichtet und sie durch Auftragung seines bisherigen Eigentums – Burg und Dorf Summerau, sowie Dorf Wildpoltsweiler mit dem Patronate der Kirche an letzterem Orte – zu Lehen entschädigt hat.

Kloster Kempten, 1269. Juli 26.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis nos Rüdolfus divina miseratione monasterii Campidonensis gubernator, C[onradus] decanus totumque capitulum monasterii eiusdem, salutem cum notitia subscriptorum. Ut rerum gestarum contractus aput posteros memoriter habeantur, restat ipsos scripturarum et testium aminiculo suffulciri. Ad notitiam igitur omnium ac singulorum contextu presentium cupimus devenire, quod cum honorandus vir Albertus de Sumerowe ministerialis imperii possessiones suas in Laimowe cum iure patronatus ecclesie eiusdem eisdem annexo necnon cum aliis iuribus et pertinentiis universis tam infra septa ville quam extra, puta pratis silvis pascuis viis et inviis, quas a nostro monasterio tenebat in feudum, ad manus nostras nomine eiusdem nostri monasterii omni verborum et gestium sollempnitate, que in huiusmodi consuevit fieri resignationibus, adhibita sponte non coactus libere resignarit, nos prefatas possessiones in Laimowe cum iure patronatus ecclesie ibidem eisdem annexo necnon, sicut predistinctum est, pertinentiis et iuribus universis, nobis tamen prius nomine nostri monasterii a iamdicto Alberto de Sumerowe possessionibus in Sumerowe castro et villa necnon villa in Wilboldiswillær sibi proprietatis titulo pertinentibus cum iure patronatus eiusdem ecclesie in Wilboldiswilær hominibus vivario ac aliis iuribus et pertinentiis universis tam infra septa castri et villarum predictarum quam extra, puta pratis silvis pascuis viis et inviis in recompensationem plenam et sufficientem contraditis sibique per nos eisdem in verum et iustum feudum reconcessis, reverendis in Christo . . . preposito, . . . decano et capitulo ecclesie Constantiensis maioris de consensu et voto^a unanimi capituli nostri monasterii ac ministerialium nostrorum consilio ad communes usus dedimus ab eis in evum cum omni iure, quo et nobis

^aDieses Wort steht doppelt.

II

tam circa nomines quam possessiones ac alia iura eędem pertinuerunt, quiete et pacifice possidendas, renuntiantes sine dolo et fraude qualibet tam pro nobis quam pro dicti nostri monasterii capitulo nostrisque ac ipsius perpetuo successoribus omni iuris communis vel privati canonici vel civilis auxilio necnon literis sive indulgentiis quibuscunque nunc impetratis vel impetrandis et generaliter exceptioni ac occasione cuilibet, pretextu cuius prescripte donationis contractus, maxime cum ex eo nullum nostro monasterio generetur penitus preiudicium, cassari in toto vel in parte posset aliqualiter vel divelli. In cuius facti testimonium et robur perpetuum prememoratis . . . preposito, . . . decano et capitulo ecclesie Constantiensis maioris presentes litteras concessimus sigillorum nostri nostrique monasterii capituli, quibus utimur, robore consignatas.

 Acta sunt hec in claustro Campidonensi, anno domini millesimo CCLXIX., VII. kalendas Augusti, indictione XII., presentibus subscriptis: Cũnrado cellerario dicto de Rotinstain, Hugone de Brahisperc, Cũnrado de Haimertingin, Ludewico de Geroldisriutin, Bertholdo Bumanno sacerdotibus, Rũdolfo de Scrutolfs, Ūl. de Hasinwiller dyaconibus, Bertholdo Titillario, Hainrico de Hirzdorf, Ludewico de Gundolvingin, Johanne de Hiuginach, Cũnrado de Phorzam subdyaconis, domino Bertholdo de Hohinegge, Cunrado fratre suo de Hohintanne, Rũdolfo pincerna de Tanne¹, domino Bertholdo de Zil, Hugone marscalco de Wagegge, domino Sivrido preposito de Bũhishain dicto de Aelginshusin², Cũnrado de Rans, Bertholdo de Langinegge, C. de Bezzingew, Her[manno] de Tŵngew³, UI[rico] notario Campidonensi, Hainrico prebendario sancti Mauritii Constantiensis, Burchardo scolari, Hainrico ministro, Hilt[ebrando] Monetario, Hainrico Mozone civibus Campidonensibus et aliis quam pluribus. In nomine domini. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Von den beiden Siegeln noch die Pergamentriemchen.

¹Alttann.

²Der Zeuge ist Siegfried von Algishausen, wohl Domherr zu Augsburg und als solcher jedenfalls Propst zu Buxheim. Er war in den Jahren 1286–188 Bischof von Augsburg.

³Ober- und Unterthingau.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Spitalarchiv Lindau

Signatur/Titel des Originals:

L 21, 1 a

Überlieferung und Textkritik:

Original. Kopie in zwei Kopialbüchern im Spitalarchiv Lindau: 1.) im sog. Alturbarium, 1,1 fol. 13; 2.) Copialbuch, 1,4 fo.l 30.

Editionen:

Baumann: Allgäu, Bd. 1, S. 601 (Auszug).

Regesten:

Bodenseehefte, Bd. 2, S. 4.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Kloster Kempten

Ortsindex:

Algertshausen, Aichach, AIC
 Alttann Wohnplatz (20601)
 Alttann, Wolfegg, RV
 Betzigau, OA
 Buxheim, MN
 Gerazreute Wohnplatz (20761)
 Gerazreute, Argenbühl, RV
 Gundelfingen an der Donau, DLG
 Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Heimertingen, MN
 Hinang, Sonthofen, OA
 Hirschdorf, Kempten (Allgäu), KE
 Hohe-
negg, Grünenbach, LI, W
 Hohenthann, Altusried, OA
 Kemp-
ten (Allgäu), KE
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Laimnau Wohnplatz (18334)
 Laimnau, Tettwang, FN
 Langenegg, Waltenhofen, OA
 Leupolz : Wangen im Allgäu RV
 Leupolz Wohnplatz (20437)
 Oberthingau, Unterthingau, OAL

IV

Pforzen, OAL
 Rauns, Waltenhofen, OA
 Rothenstein, Grö-
nenbach, MN
 Schloss Zeil : Reichenhofen, Leutkirch im Allgäu
RV
 Schloss Zeil Wohnplatz (19930)
 Schrundholz, Opfen-
bach, LI
 Summerau Wohnplatz (18136)
 Summerau, Neu-
kirch, FN
 Unterthingau, OAL
 Wagegg, Haldenwang (All-
gäu), OA
 Wildpoltsweiler Wohnplatz (18142)
 Wildpoltswei-
ler, Neukirch, FN